

7. Sekundärliteratur

Jahrbuch der alten Lateiner : Schola Latina.

Halle (Saale)

Carmen semisaeculare

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Carmen semisaeculare

(Cento semihoratianus)

In usum veterum Latinorum metro Alcaico scripsit

G. Beyer

1. < Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus! > Nunc iubilantium
Replere oportet aulam et aedem
Vocibus ac fidibus, sodales!
2. Gaudemus omnes, quos pueros prius
Latina rectis imbuit artibus,
Matrem vigentem priscam et aliam
Discipulos tot habere gratos,
3. Qui congregati annis redeuntibus
Colant verentes tempore pristina ac
Caros magistros et fideles
Plausibus excipiant amicos.
4. Laetemur uncti, canities quibus
Et frontem et os cingit variis comis,
Unā esse nos post — hodie sunt
Lustra decem — superatum examen!
5. Aetate ab illa infixis animis manent
Permulta verba et nomina splendida;
At, Flacce, tu praestas, ut haecce
Vociferemur avi huc reversi:
6. < 'O saepe mecum tempus in ultimum
Deducte >, compar, auspice Friesio,
Quis te senescentem redonat
Aedibus orphanicisque campis?
7. 'Eheu, fugaces' — 'Carpe diem!' strepunt —
'Severa linque!' — 'Absit mediocritas!' —
'Nunc pelle vino acerba!' — 'Eodem
Cogimur'. — 'Una manet nox omnes.'
8. Cuncti dolemus non superesse iam,
Qui prorsus aequum sustinere onus,
Multos sodales, quos senectus
Abstulit aut acies virentes.
9. < Dulce et decorum est pro patria mori. >
< Favete linguis >: Innumerabiles
Mortem oppetivere obsecuti
Legibus ordinis atque Horati.
10. Desiderantes, quotquot iere adhuc
Extremum iter, nunc sumite pocula
Superstitum *) centum! < Receptis
Dulce semel furere est amicis. >
11. < Aequam memento! — Nec fuit immemor
Horati quisquis restitit hostibus
Nec ille luctans < vir tenax >, qui
Consiliis patriam adlevavit.
12. Horatianum est: < Aere perennius. > —
Perennius sit foedus ovantibus
Vobis! Sed aequae floreat dux
Et patria et schola in omne saeculum!

*) Genet. possessiv.! Confer Hor. Od. III, 19, 10/11: 'Da, puer, auguris Murenarum!'